

BIBL. DE L'UNIVERSITÉ



THÈSES

ANCIENNES

DU

XVII^E SIÈCLE

2



LA VRIILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE).....Philosophie	9 août 1657	II 227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul- Philippe).Philosophie	8 sept. 1661	II 152 ,et II 152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)Philosophie	<u>3 nov.</u> 1662	II 153
LE BOUTHILLIER (François)...Théologie	<u>13 fév.</u> 1662	II 154 ,et II 154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)...Philosophie	8 juill. 1656	II 155
LE BRUN (Henri).....Philosophie	28 juill. 1659	II 156
LE CAMUS (André).....Philosophie	6 août 1660	II 157
LE CAMUS (Etienne).....Théologie	28 nov. 1656	II 158
LE CHAPÉLIER (Georges).....Théologie	18 févr. 1662	II 159
LE DOULX (Florent).....Théologie	<u>8 mai</u> 1656	II 160
LE FILLEUL (Claude).....Philosophie	10 août 1660	II 161
LE FRANC (Aegidius).....Philosophie	<u>5 septembre</u> 1660	II 162
LE GAIGNEULX (Jacques).....Théologie	7 janv. 1662	II 163
LE GOBIEN (Guillaume).....Théologie	2 oct. 1657	II 164
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	12 févr. 1657	II 165
LE GRAS (Frère Bernard)....Théologie	29 nov. 1657	II 166
LE HOUX (Jean).....Philosophie	18 août 1658	II 167
LE MOYNE (Alphonse).....Théologie	17 avri. 1663	II 168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)...Théologie	<u>10 jan.</u> 1662	II 169 ,et II 169bis.
LE PETIT (Nicolas).....Théologie	9 mai 1659	II 170
LE PICART (François).....Théologie	25 janv. 1652	II 171
LE ROUGE (Charles).....Théologie	13 avr. 1667	II 172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)Théologie	15 mai 1659	II 173
LE SAUVAGE (René).....Théologie	26 sept. 1657	II 174
LE TELLIER (François).....Philosophie	21 août 1661	II 175
LE VERRIER (René).....Théologie	26 juillet 1652	II 176
LELEU (Joannes-Baptista)...Théologie	<u>29 sept.</u> 1667	II 177
LEMPEREUR (F. Claude).....Théologie	<u>7 juin</u> 1669	II 178
LEMPEREUR (Henri).....Philosophie	10 juill. 1661	II 179
LENOIR (Pierre).....Philosophie	6 août 1662	II 180 ,et 180bis.
LECTAUD (Charles).....Théologie	23 mai 1664	II 181
LIONNE (Louis-Hugues de)...Philosophie	2 juill. 1662	II 182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Philosophie	16 juill. 16..?	II 183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles- François de)....Théologie	14 janv. 1664	II 184
LOTTEAUX (Louis).....Théologie	19 sept. 1669	II 185
LOUBERES (F. Prosper).....Théologie	5 août 1669	II 186
LOUVERES (F. Pierre).....Philosophie	2 août 1665	II 187
LOYS (F. Jérôme).....Théologie	9 févr. 1662	II 188
MACQUEHE (Nicolas).....Philosophie	12 juill. 1670	II 189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)....Philosophie	10 août 1662	II 190

MAILLET (Pamphile).....Théologie	5 déc. 1661	II 191
MALETESTE (Jean).....Théologie	<u>11 avr.</u> 1663	II 192
MALITOURNE (Jacques).....Philosophie	10 août 1665	II 193
MALLET (Nicolas).....Théologie	15 oct. 1663	II 194
MARGUERY (Nicolas).....Philosophie	30 juill. 1651	II 195
MARILLAC (André de).....Philosophie	10 août 1659	II 196 ,et II 197
MARILLAC (René de).....Philosophie	3 août 1659	II 198
MARNE (F. Georges).....Philosophie	29 mai 1662	II 199
MAUGER (Laurent).....Philosophie	8 juill. 1663	II 200
MAURAGE (Pierre).....Théologie	3 sept. 1669	II 201
MELICQUE (Nicolas).....Philosophie	8 août 1660	II 202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de).Théologie	<u>8 août</u> 1660	II 203
MERAULT (Pierre).....Philosophie	7 juillet 1658	II 204
MEUR (Vincent).....Théologie	4 juin 1661	II 205
MICHAU (Jean).....Théologie	29 mars 1662	II 206 ,et II 206bis)
MICHON (Michel).....Philosophie	2 oct. 1662	II 207
MINGUET (F. Charles).....Philosophie	5 juillet 1652	II 208
MOLE (Louis).....Philosophie	28 août 1661	II 209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)..Philosophie	22 août 1660.	II 210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)....Théologie	4 janv. 1662	II 211
MOREL (Zacharie).....Philosophie	<u>16 août</u> 1671	II 212
MORIN (Henri).....Théologie	23 janv. 1660	II 213
MORROGH (Pierre).....Droit canon	<u>16 avr.</u> 1669	II 214
MOUSSEAUX (Pierre).....Théologie	17 mars 1668	II 215
NATTIN (Jean).....Théologie	<u>14 nov.</u> 1669	II 216
NOÛT (Anne).....Théologie	21 mai 1663	II 217
O MOLONY (Mathieu).....Droit canon	28 mai 1664	II 218 ,et II 218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)..Philosophie	26 août 1661	II 219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE- DU-MAINE (François)....Théologie	30 déc. 1655	II 220 ,et II 220bis.
PAPELANT (Jacques).....Droit canon	11 août 1661	II 221
PAUROT (Charles).....Philosophie	28 juill. 1660	II 222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar).....Théologie	28 juin 1657	II 223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de).Théologie	5 févr. 1656	II 226
PERIER (Antoine).....Théologie	9 sept. 1662	II 224
PERRIN (Guillaume).....Théologie	24 janv. 1651	II 225
PICQUES (Bernard).....Théologie	5 mai 1663	II 228
PICQUES (Louis).....Philosophie	1er juill. 1657	II 229
PIETRE (Paul-Claude).....Philosophie	14 sept. 1662	II 230
PIN (Jean).....Philosophie	29 juin 1665	II 231
PIOT (Jean).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 232
PISTEL (Laurent).....Philosophie	16 juill. 1662	II 233

POITEVIN (Armand).....Philosophie	25 juill. 1648	II 234
PONCET (Michel).....Philosophie	11 juill. 1660	II 235
POREY DU PARCQ (René).....Philosophie	28 juill. 1661	II 236
POTIER (Jean).....Théologie	22 févr. 1662	II 237
POULIN (François).....Philosophie	15 juill. 1663	II 238
PURCELL (John).....Philosophie	4 juin 1666	II 239 ,et II 239a,b,c et d.
REGNARD (Jean).....Philosophie	8 juill. 1662	II 240
REGNAUD (Julien).....Philosophie	...juin 1658	II 241
REGNAUD (Julien).....Théologie	10 nov. 1661	II 242
REGNAUD (Julien).....Théologie	<u>30 août</u> 1664	II 243
RESTAURAND (F. André).....Théologie	<u>11 oct.</u> 1655	II 244
ROBERT (Jean).....Droit canon	<u>30 déc.</u> 1665	II 245
ROSTIN (Michel de).....Théologie	28 févr. 1656	II 246
ROSTIN (Michel de).....Théologie	1er fév. 1661	II 247 ,et II 247bis.
ROUSSEAU (Jean).....Philosophie	7 juill. 1668	II 248
ROYNETTE (Simon).....Théologie	18 avr. 1662	II 249
SANTEUL (Pierre de).....Théologie	12 juill. 1661	II 250 ,et II 250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)...Philosophie	29 juin 1662	II 251 ,et II 251bis.
SAUSSOY (Jean).....Théologie	9 nov. 1646	II 252
SAVIGNAC (Louis de).....Théologie	<u>4 janv.</u> 1670	II 253
SELLIER (Claude).....Théologie	<u>13 févr.</u> 1662	II 254
SENAUX (Bertrand de).....Théologie	<u>23 fév.</u> 1662	II 255
SEVERT (Antoine-François)..Théologie	20 mars 1668	II 256
SEVIN (Michel).....Théologie	8 févr. 1668	II 257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)Théologie	17 jan. 1654	II 258 ,et II 258bis.
SIMENEL (Pierre).....Théologie	1er fév. 1662	II 259 ,et II 259bis, ter et quater.
STAPLETON (Edmond).....Philosophie	24 juin 1668	II 260
SUZE (Anne-Tristan de).....Philosophie	25 juill. 16..	II 261
TAMPONNET (Antoine).....Théologie	11 févr. 1664	II 262 ,et II 262bis.
TANOAIN (Julien de).....Théologie	<u>8 févr.</u> 1661	II 263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)Philosophie	27 juill. 1661	II 264
VAILLANT (Antoine).....Philosophie	5 août 1657	II 265
VALEELLE (Louis-Alphonse de)Théologie	7 nov. 1664	II 266
VANIER (Claude).....Philosophie	?.....	II 267
VERDUN (Claude).....Philosophie	10 août 1659	II 268
VIC (Médéric de).....Théologie	<u>31 déc.</u> 1664	II 269
VREVIN (Antoine de).....Théologie	20 avr. 1657	II 270

--000000--





AVGUSTISSIMA cælorum imperatrix, in qua peractum est absconditum illud à sæculis & generationibus incarnationis mysterium; quod quidem naturali hominum intelligentià ita imperium est: ut quamvis nullà apertâ contradictione impugnari possit, ipsustamen possibilitas, multoque minus existentia, naturalibus momentis nequeant demonstrari. Hoc ænigma sacrum non solum possibile contra Gentiles agnoscimus, verum & iamdiu peractum contra Iudeos propugnamus. Cum enim aperta sit terra & germinauerit Saluatorem, ut indicat illud Vaticinium Iacobi, *non auferetur scptum de Iuda &c.* Gen. 49. planum est cælos rorasse desuper, & nubes pluuisse desideratum cunctis Gentibus, qui nobis per Aggæum Prophetam fuerat reponiissus. Et licet eius aduentus absolute necessarius non fuerit, ne ipso quidem posito peccato primi parentis, & voluntate diuinâ reparandi generis humani, cum alius modus, quo liberaret homines à miseriâ, non defuerit Deo cuius potestati omnia subiacent: ex hypothesi tamen, quod decreuisset Deus sibi in rigore iustitiæ pro peccatis hominum satisfieri, sanandâ miseriâ conuenientior modus non potuit excogitari.

PVRA creatura imperfectè quidem potuit satisfacere; ex perfecta verò iustitiâ nequitiam: quæcumque eleuetur gratiâ, & quantumcumque perfectè operans: nihil quippe vnquam sibi poterit vendicare proprium, indebitumque; aut quidquam efficere condignum accuratæ compensationi pro suo vel alieno peccato. At non ita Christus; Deo namque ita perfectè satisfecit pro peccatis nostris, ut nullo favore remittente, aut condonatione supplente, omnes eius satisfactiõni adfuerint conditiones propriæ & strictæ sumptæ iustitiæ. Ad eam acceptandam pactum fuit Deum inter & Christum; quo secluso potuit Deus absque iniustitiâ hanc non acceptare, etiamsi multò plura, quam debeamus, pro nobis soluerit Christus. Magnus in terra iacebat ægrotus, originali scilicet & actualibus peccatis oppressus, ut perfectam sanitatem restitueret; magnus de cælo descendit medicus Christus, qui licet utrique medendo venerit; principalius tamen venit propter originale, cum sit magis commune, siquæ fons radix & origo cæterorum.

HIC soli iustitiæ utrùm nobis illuxisset; necne, si primus hominum parens primigeniam innocentiam seruasset; à Patribus alij negant, alij verò affirmant: vltimis libentiùs adhæreo: non enim Christus propter nos, sed nos propter Christum, qui in omnibus primatum tenet; quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cælis & in terra. Vnde meritò dicitur, ratione humanitatis assumptæ, primogenitus omnis creaturæ. Finis quippe est quem Deus primò intendit, & propter quem cætera creauit, omnia subiiciens sub pedibus eius. Firmus & immutabilis ordo diuinæ sapientiæ ut omnia suis temporibus locisque contingant: quamobrem misit Deus Filium suum non in mundi primordiis, vel in fine: neutrum enim tantæ maiestati tantæque bonitati fuit conueniens; sed in plenitudine temporis, ut eos qui sub lege erant redimeret. Quamvis Pater & Spiritus sanctus non defuerint in maiestate, ut incarnationis mysterium perageretur; solus tamen Filius carnem assumpsit in proprietate; idque non confusione substantiæ, sed vnitæ personæ. Natura Christi humana non fertur appetitu innato circa propriam subsistentiam.

CHRIŒTUS cum in forma Dei esset, semetipsum exinanivit non specie tenus, aut imagine; non in corpore è cælesti materiâ delibato: non assumptione corporis solius, aut animæ solius; sed per ineffabilem & substantialem adunationem Verbi cum humanitate; corpus enim & anima à Deo assumpta sunt; assumptus est & sanguis tanquam pars inter corporis præcipuas, maximè necessaria. Vnio Verbi cum humanitate substantialis est & omnium vnionum maxima. Duplex intellectus duplici naturæ respondens agnoscendus est in Christo, sicut & duplex voluntas: necnon & duplicis voluntatis operatio duplex admittenda est; nec vnquam contrarium propugnauit Honorius, qui licet versipelli Monothelitarum ingenio circumuentus, nascentis in Ecclesia hæresis flammam non extinxerit, quâ par erat sollicitudine: immeritò tamen hæreseos accusatur; cum nil nisi orthodoxum scripserit ad Sergium, nec in sexta synodo fuerit condemnatus tanquam assertor, fautor vel defensor hæresis Monothelitarum.

HUMANITAS Christi vncta fuit & sanctificata oleo diuinitatis & sanctitate substantiali atque increatâ, tam relatiuâ Verbi, quam absolutâ diuinitatis: fuit & perfusa gratiâ habituali accidentali: quæ licet non fuerit necessaria, vel ad eam sanctificandam, vel ad eius dignificandas actiones, vel etiam ad eliciendos absolute actus supernaturales: fuit tamen necessaria, eaque maxima & intensissima, quamvis non infinita, tum ad eam exornandam, tum ad eliciendas connaturales actiones supernaturales. Requieuit super eam spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, &c. ne ipso quidem excepto timore filiali, qui charitatem accenderet; non seruilis qui animam affligeret. Omnibus insuper gratis gratis datis fuit decorata, omnibusque virtutibus supernaturalibus & infusis per se, nec non & virtutibus naturalibus, quæ mediatoris officio aut dignitatis comprehensoris non aduersantur: hinc enim ab eâ remouenda est Fides tam quoad actum, quam quoad habitum; arcendus est & quilibet actus Spei Theologicæ, etiam circagloriam corporis sui, quam expectabat; licet habitus spei supernaturalis non Theologicus in eâ possit admitti.

COMPREHENSOR fuit Christus, simul & viator, quippe qui ab initio conceptionis suæ diuinam essentiam clarè intuitus est; nec tamen comprehendit; etiamsi non modo quæcumque videt Deus scientiâ visionis, sed & omnia possibilia & cognoscibilia ipsi perspecta fuerint. Præter scientiam beatam admittenda est in eo scientiâ infusa per se, qua res supernaturales immediatè in se & directè cognosceret: nec propterea tamen excludendæ sunt ab eo scientiâ infusa per accidens, atque etiam scientiâ experimentalis: quæ si rectè explicentur, facillè possunt simul existere & consiliari in eodem intellectu. Deus constituit Christum Caput hominum & Angelorum totiusque Ecclesiæ triumphantis, militantis, & purgantis: distribuens singulis membris charismatum dona, iuxta altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ & incomprehensibilium iudiciorum Dei. Hæc capitis dignitas, non ipsi solum conuenit secundum diuinitatem; verum etiam secundum humanitatem; vide tamen ne eam credas ipsi concessam vi vnionis hypostaticæ: cum eam haberit ex speciali deputatione Dei, fundata tamen in exigentiâ vnionis hypostaticæ: ratione cuius erat perfectissimè dignus, cui huiusmodi dignitas à Deo Patre concederetur.

QVIS arguet Christum de peccato? qui peccatum non fecit, imò nec facere potuit; ut pote vi vnionis hypostaticæ impeccabilis. Quamvis enim per omnia debuerit fratribus assimilari, communèque naturæ humanæ defectus sustinuerit, putâ famem, sitim, dolores inauditos, imò & mortem acerbissimam; ut libere adimpleret præceptum sibi à Patre Eterno impostum: in eo tamen non fuerunt defectus qui oriuntur ex causis particularibus: hoc est ex vitio aut peccato, vel defectu virtutis formatiue. In eo resedit anima sine peccato & ignorantia, ac sine peccati fomite; non tamen sine motibus & passionibus, quæ propriè dicuntur propassiones, cum sapientissimæ rationis imperio fuerint in omnibus subiectæ. Christus meruit sibi exaltationem nominis, & gloriam corporis sui: non tamen gratiam sanctificantem & habitus illam concomitantes, visionem beatificam; vnionem hypostaticam, dignitatem Capitis, Sacerdotis, Regis, Legislatoris, Mediatoris & Redemptoris; licet tamen ea omnia absolute mereri potuerit.

PRÆORDINATVS fuit Christus & præfectus ad manifestationem suæ diuinitatis & filiationis naturalis; licet ad eandem filiationem non possit dici prædestinatus. Fuit propriè Sacerdos, & Sacerdotis munus obijt, dum seipsum in sacrificium obtulit Deo Patri, modo cruento in ara crucis; obtulit inquam, non tantum pro hominibus, sed & pro seipso, quamvis diuersâ ratione. Neque tantum sacerdos fuit Christus, verum & Rex, in hoc assimilatus Melchisedech, qui fuit simul Rex & sacerdos: Rex verò non iure hæreditario, non iure electionis, aut iure belli; sed per concessionem diuinam: quamvis quoad vsum non fuerit regnum eius de hoc mundo, & rarò vsus fuerit supremâ potestate & dominio quo gaudebat erga omnes creaturas; sed potius vitam pauperem omnino duxerit. Aliud sacerdotis munus adimpleuit dum pro nobis orauit propriè; imò nunc propriè orat & interpellat apud Patrem: sicque propriè mediator est Dei & hominum.

FILIVS Dei naturalis Christus fuit, non adoptiuus, nec seruus; eâ saltem seruitute quæ simpliciter & absolute denominet illum seruum: fuit subiectus toti Trinitati ratione humanæ naturæ; fuit etiam ex libertate subditus Deiparæ Virgini, quæ licet peccauerit in protoparente nostro Adamo, habueritque debitum contrahendi peccatum originale; de facto tamen illud non contraxit; sed speciali privilegio misericordiæ Dei præseruata est ab illo communi naufragio. Nubes quippe leuis fuit Maria nullo humano semine prægrauata, quæ nusquam tenebrarum offuscata caligine, sed natiuâ semper luce clarescens, perennes emisit radios sanctitatis. Tanta enim in eam descenderat benedictio sanctificationis; ut non solum ipsius ortum, sed & vitam ab omni peccato tum veniali, cum mortali, reddiderit immunem. Semper itaque fuit in splendoribus sanctorum; tamque copiosa fuit in eâ sanctitas, ut licet maternitatem suam non meruerit: meruerit tamen vt digna esset & idonea, quæ ad tantum dignitatis fastigium assumeretur. Cum fuerit tota pulchra.

Has Theses Deo duce, auspice Deiparæ & Praside S. M. N. IOANNE PAYEN Sacre Facultatis Parisiensis Doctore Theologo, necnon S. Genouefa de Miraculo Ardentium Pastore vigilantiſſimo, Tueri conabitur FR. GVILLELMVS LE NORMAND B. M. De Alneto Cisterciensis Ordinis Religiosus.

Die 8. ianuarij. A. R. S. H. 1661. à mane ad meridiem.

APVD BERNARDITAS PARIENSES.

PRO TENTATIVA.

